

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quois anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. V. Tentatori vires augent humana infirmitas, & naturales cujusque
propensiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

*M*URIN
BIBLIOTHECA

2. Cor. c. 2. 2. *citius Paulus: Ut non circumveniamur à satanè, inquit, non A*
vers. 11. *enim ignoramus cogitationes illius. Astutissimus & subtilissi-*

mus est, atque quod pugnæ difficultatem auget, in insi-
diis latet, & videri non potest. Quod Chrysostomus
Chrysost. 10. 4. *expendens: Si serpentinum, inquit, ad lectum nostrum latitare*
ep. ad Rom. *sciremus, hic magno admodum studio ad illum perimere*
hom. o. mi. *ferremur: diabolo autem in nostris ipsorum animis latitante,*
bi pag. 90. *nihil adversi nos pati arbitramur, sed expiri ac desider, ani-*
misq; concidentes, malis nostris indormimus. Causa rei causam
hanc esse arbitror, quid illum corporeis oculis non contuenerit,
quamquam hoc potissimum nomine vigilantes nos ad sobrios
esse oportebat. Nam sensibiles quidem hostem facile declines:
at invisi&em nisi undique armati fuerimus, difficile evitare
possimus: & quidem ob. t. potissimum, quid recta ille depa-
gnare non novit: aliquo enim è vestigio à nobis viuctus caper-
tur. Verum amicitia identidem specie, crudelitatem venenum
ejaculatur. Idecirco ad pugnam semper paratum esse
oportet. Et gladius & scutum nunquam non in manu
sit. Adiutor Deus assidue vocandus; in illo auxilium est
pugnare, nec vinci potest, qui sic pugnaverit.

CAP V.

Tentatori pires augent humana infirmitas,
& naturales cujusque propensiones.

*S*1 quis aviculas ad aucupatoriam aream convolar-
tes ita moneret: Cavete o simplices: esca vobis of-
funditur, & convivium instruitur, sed caras pendetis
symbolas. De capite vestro agitur. Subito concurrent
retia, & involvent captas. Cavete hoc epulum; meritis-
ma est tentatio. Caverint utique si saperint, præterim
sic monitez. Si quis & pisees, indeocles alioqui animates
de infidili premonens nassam & hamum singulariter
cavent, dicere, nec nassa facile ne hamo falle-
rentur. Si quis ambulanti per hortum a clamaret: Ca-
ve, later anguis in herba; iadetis si contigeris. Ita moni-
tus cautissimos pedes figeret, ut latentis colubri vene-
num evaderet.

2. Reg. c. 20. 2. Si quis Amasa viro militari dixisset: Cate Joabum
vers. 9. *ducem, accidetus est gladio, qui tuo lateri minatur,*
purpurabis illum tuo sanguine, ni caveas. Cavet equi-
dem attentissimus ad omnem occursum Joab. Rex
Antiochus cum audiisset Judæum Machabæum ducem
enim copiis in aciem dispositis aduersus se tendere, &
ipse suum exercitum digessit in ordinem. Et distincta est
cap. 6. v. 40. pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humili-
ta: & ibant caute & ordinate.

Machab. 1. Christus aliquoties suis monuit: Cavete à Scribis; Ca-
vers. 38. *vete à fermento Pharisaorum; Cavete ab hominibus. Tradent*
Mathe. c. 16. 1. enim vos in concilio, & in synagoga suis flagellabunt vos. Cùm
vers. 11. &
v. 10. v. 17. *interpellaretur à quopiam ab dividendam hereditatem: Vnde, inquit, & cavete ab omni avaritia; quia non in*
Luc. cap. 12. *abundantia cujusque in vita ejus est ex his qua posiderit.*

Marie. 12. 1. Judas ipse mercator nequissimus, cum turbam scele-
vers. 44. *ratam in Olivetum duceret, præmonire, ad datam tel-*
seram solerter attenderent, virum esse mirabilem, qui
norit humanis sese oculis subducere; ideo: Tenete eum,
inquit, & ducite caute. Videndum & cavendum quando
cum hostibus vaferuntis agendum. Hoc ipsum haec-
entes nostra urgebant monita: Cavete à dæmonibus; ce-
llerrimi sunt & verutissimi mille artium magistri. Jam
suprà ostendimus, quā ratione diaboli Cupediniarios,
Aurifices, & Pileones agant; deliciis, dvititis, & ambitu
tentent. Sed quoniam hi hostes nostri oculorum fu-
giant obturum, quō melius ē tentandi modo noscan-
tur, amplius describendi sunt. Hoc ergo capite decla-
randum, quā constanter & assidue homines impug-
nant, & quā exquisitè ac impigre humanas obser-
vent propensiones.

*Q*VAM diabolus exitum nostrum ardenter sitat, Diabolus & auditoribus pro suggestu ediferens: Non satius erat nostrum diabolo, inquit, hominem factum esse mortalem, mortis genere fieri maiorem facere luctum aggrediebatur, & ut Cain fieret fratricida, persuadebat. Festinabat enim & capiebat videre sensibilia tentiam in opus prodire, qui nostris nunquam malis exstatat, & quemadmodum si quis captivum habens inimicum, & prolatā videns damnatum sententiā, priusquam urbem exeat, proceret & intus jugulatum videare, neque congruum tempus expectet: ita tun quoque diabolus licet audisset, quid in terram homo reversurus esset, optabat & aliquid magis cerneat, coram patre filium morientem, & germanum interitem germandum, & prematuram violentiāque necem. Vides quantu-
sunt ministeria malis invidiā? qualiter insatiabilem diaboli mentem impletur, & ei tantam apposuit mensam, quantum est concupivit?

CUM Christus Dominus in Gerasenorum ageret faceret, duo viri à malis dæmonibus inflexi è monumentis provolaverunt agitantibus furia, nimis quam truculent. Senserant nimurum inferni lemures è suis sibi hospitiis migrandum. Quocirca Dominum Iesum rogare instituerunt, liceret sibi mutare diversoria, & ex huminis corporibus immigrare in porcos. Permissum est. *At illi* (quod Marthæ, Marcus & Lucas memorant) exuenientes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus gres per præcepis in mare: & mortui sunt in aqua. Affirmat Marcus vers. 13. fuisse ad duo millia porcorum. Licebit, credo, hic querere: Cur obsecrabo, Domine, tantum licentia permisisti vers. 14. tam saevis prædonibus: tua haec tenus miracula nemini fuerunt noxia. In d. & istud, dixerit Christus, plus proderit, quam fronte primā censeatur nocuisse. Hic enim vel oculis nostris monstratum, quomodo isti ex inferis tyranni hominem sui juris factū exigit: eō enim impellant, ut illum in mare sulcureum, igneum præcipiant. Hoc modis omnibus agunt, exitum nobis, idque exterminis cupidissime struunt.

Neque vero subtilissimi tantum tentatores, sed va-
ferri, fallacissimi, inuidiosissimi hostes sunt, & quod omnem nobis torpore exequiat, assiduissimi ac perse-
verantissimi malorum omnium susores & impulsores
sunt. Canit olim rex Psaltes: Misit Deus misericordiam populi suum, & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio carolorum leonum: dormivi conturbatus. Quid hoc rei: si à Deo liberatus, cur non dormivit securus & in utramque aurem? Hic Hieronymus interpres: Hi leones, inquit, Dæmones sunt dæmones, qui non solum ante partam viceriorum, non solum sed etiam post illam attentissime cavendi. Nec enim superati cedunt: sed alias atque alias machinationes re-
pertunt, occasionem nullam negligunt, nullus insidiarum finis. Nam eti decies, eti tricies aut quinqueages, eti centies aut sexcenties, eti millies, bis millies, ter millies vendi-
& sapienti vieti sint, usque tamen redeunt & aleam tentant. Jam primum repulsi, mox tamen adsumit iterum, velut importunitissima mulce, quæ toto prandio cenaventies abea&æ centies eundem locum insident. Hic nunquam dormiendum quando tam vigilans hostis tam vicinus semper imminet. Hic nemo sibi ullam promittat securitatem; hi hostes nec ad horulam quidem omitunt nos vexare. Miramus selem murum venaticem paraf-
mem & toros subinde dies hærente impastat ad mucilli refor-
fament; hic potius miremur Angelum olim longe formosissimum tot annis animaluz unice insidiari, nemamento quidem opportuniore neglecto. Non enim comedit, nec bibit, nec dormit pervigil informis draco.

Beatus Lucas triplicem Christi Domini tentationem commemorans: Et consummatā omni tentatione, inquit, diabolus recepit ab illo, usque ad tempus. Perinde si dixisset vers. 13. Arma non depono, jus tentandi non remitto, jam quidem pugnā cedo, sed redditurus. Hinc Theologorum aliqui

aliqui censem, totis quadraginta diebus Christum tam acriter tentatum, ut literis id consignari non potuerit, eo autem tempore transacto formam humanam induerit tentator, & spectabilis prodierit ad conflitum & certamen publicum. Ita soler hostis nequissimus discessum & fugam simulat, repente reddit ut incautum obtruit, sicut Iosue civitatem Hai. Cùmque elevasset clypeum ex adverso civitatis, insidia que latebant, surrexerunt confusum & pergentes ad civitatem, cuperunt & succenderunt eam. Ita & diabolus agit, qui non solum fallacissimus, sed & improbus ac importunissimus tentatione in-
staurat. Cùm Christum in fastigio rupis tentaret: Hac omnia, inquit, tibi dabo. Mentitus est; nec enim dare potuit, quia fallacissime promisit. Et quamvis abierit vi-
etus, reddit tamen perquam importunus. Quod divi-
nus Lucas patiter testatur: Tunc vadit, & assumit septem
alios spiritus nequiores se: Et ingressi habitant ibi. Hic inter-
pres Beda: Sepe, inquit, antiquis hostiis, postquam menti no-
stre tentationem certame inslixerit, ab ipso suo certamine ad
tempus recedit, non ut illate malitia fidem prebeat, sed ut cor-
amine ad ea, que per quietem secura reddidit, repente rediens faciliter
impinata irrumpat.

§. II.

Adhuc perseveranter admodum tentat diabolus. Cùm enim ab Angelo Hussæ regionis præside interrogaretur: Vnde venuit satana? Circuivit, ait, terram, & perambulavit eam. Per circuitum gyrum, ait Gregorius, solet laboris anxietas defigari. Satan ergo laborans terram circum-
vit, non enim se pervolasse sed perambulasse dixit. Quemadmodum dux belli civitatem obequitans, quidquid im-
minutum lustrat, ut illac incursionem faciat; ita diabolus nos circuit, ut explorer, quam partem impressione incurset, idque indecessus planè constantia peragit incredibili. Energumenus ille, quem Marcus memorat occurrit Christo, domicilium habebat in monumentis, & neque catenæ jam quisquam poterat eum ligare: quoniam sa-
pe compedibus & catenæ vincit dirupisset catenæ, & compedes commississet: & nemo poterat eum domare. Hunc interro-
gavit Christus: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est; quia multi sumus. Mi Deus, hominem unicum multa millia diabolorum, legio tota impugnet & occupe-
pet? unicus demon legioni hominum toti sufficerit. Quanta hæc sitis perdendæ gentis humana!

Ingressus Christus urbem Galilæam Capharnaum, docuit in synagogâ. Hic homo à malo dæmons incessus exclamavit: Quid nobis & tibi, Iesu, Nazarenæ? Venisti perdere nos. Ita illi duo Energumeni clamaverunt: Quid nobis & tibi, Iesu, fili Dei? venisti hic ante tempus torquere nos. Expulit, non torse nos novis suppliciis. Sed fatis hoc tormenti erat cogi humanum hospitium deserere; salutem nostram perditionem suam interpretantur. Hinc Paulus ad vigilantiam nos expergescias: Non est, nobis, inquit, colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adver-
sus principes & potestas, adversus Mundi rectores & tenebra-
rum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Propterea accipere armaturam Dei, ut possitis resistere. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus infidias diaboli.

Verissimi sunt illi genituri: Heu qualis est hæc vita, ubi non desunt tribulationes & miserie; ubi plena la-
queis & hostibus sunt omnia? Nam una tribulatione seu tentatione recente, alia accedit: sed & priore adhuc durante confusa, alii plures superveniunt, & imperat. Magna est nostrorum hostium potentia. Natura eorum queritur? Spiritus sunt. Forma? videri non possunt. Indoles? ne-
quissimi, vaferimi. Potestas? Mundi rectores. Fraudes? Tenebrarum principes. Locus? Ex aere in nos irruunt. Hoc bellum nullis foederibus conciliandum, nullis fo-
piendum inducitur. Basilius ad bellicam circumspectio-
nem excitas: Athleta es, inquit, attende ipsi. In adversa-
rum immotum oculum intendito fixius. Anno non sis supino

Tom. II.

aut concidenti, sed arrecto; non dormitienti, sed per vigili ac
sobrio, qui nōrit sibi preeſte. Ergo attende tibi, & huic pugna. ^{1. Tim. c. 4.} Cùm tota in nos ruana acies, quo animo torporem & ^{v. 16. Hinc} delicias lectamur? Chrysostomus ad vigilantiam acriter doctri-
eximulans: Sobrii esto, ait, & vigilate. Nemo dormiens ^{pop. verba} coronabitur, neque recumbens ^{1. Chrys. 10. 5.} sternens bravium capit: sed ^{Chrys. 10. 5.} pulvere, & plagijs ^{pop. Anioch.} iugulans ipse apud Agonobetam prius inve-
nitur, vulnera gemit, & sanguinem offendens desuentem. ^{Vn. pop. Amphi. 1. 166.} Vn. pop. Anioch.
di postquam experientia didicimus, quam sit grave & difficile ^{176.} & 1. Pers. cap. 5.

spoliat) ne des somnum oculis tuis, nec palpebris dormitionem,
ut salveris velut dorcas ex casibus, & velut avis ex laqueo.
Fugiamus, inquit, vita bujus laqueos & curas, & velut Mun-
do abrenunciante nil carnale circumferamus: multa enim
diaboli infidia. Adversarius noster diabolus, inquit, tan-
quam leo rugiens circuit quærens, non quem mordeat ^{1. Pers. cap. 5.} vers. 8.
vel frangat, sed quem devoret. Fuge diaboli astutias, & dic
Domino: Io te eripas à tentatione, & in Deo meo transgrediar
murum. Ne fugias ita quæ laborem, ut asequaris coronam. Mer-
cator non deficit, sed sustinet undas, ut pecunias inveniat. De-
certans Athleta generose fort vulnus, respiciens ad coronam.
Agricola non inventus manipulos, nisi prius per proprios fidores
semina mittat. Similiter in calum resistentes nihil putant tri-
bulationes, bororum spe roborati. Vigilanti, tibi opus est, ut
domum tuam à latrone custodias. Adversarius enim diabolus
te supplantare querit, ne ascendere posis, unde ille cecidit.
Hæc sunt ipsius artes.

Inter has singularis illa: Bovem cornu, cercopithe-
cum caudâ, asinum auribus prehendit; suâ quemque

naturali proclivitate irretit. Ita diabolus cognitâ cuiuslibet Diabolus

que homini propensione vim suæ tentationi addit ab vim suæ

câ re, quâ quicquid magis afficitur. Ita qui se honoribus ^{1. Pers. cap. 5.} tentationi
& dignitatem nitore sentit tentari, ad superbiam se ^{adit ab ea} adit ab ea
pronum cedar, quæ cibi tentant, ad gulam se pro-
clivem censeant, quem libido stimulat, ad luxuriam se pro-
pensum judicent, quem pecunia trahit, avaritæ aliquid citur.

C in se latere suspicetur: has tales cuiuslibet propensiones diabolus novit penitus, quândam nos ipsi. Itaque hic pís-
tor eam hamo infigit escam, quam scit appetituros pi-
sciculos. Ayaro nummos & lucra, ambitios & superbo
laudes, encomia, favores, libidinoso familiaritates suspe-
ctas, & gatas voluptates, gulosi epulas & pocula, ira-
cundo discordias & rixas, lusori socios & lusus supelle-
cilem, desidi & ignavo ferias, otium, quietem ingerit;
alios merore, hos gaudio, illum timore, istum audaciâ,
hunc securitate nimia sternit, attentissimus ad singulo-
rum affectus, qui scilicet in quilibet præpollat. Ita
Catilina factiolorum Romæ corypheus cuilibet ea pro-
misit, quæ ipsi videbantur gratora, five opes, five mu-
nia, son dignitates; ita Mahometus Asia pestis, non
ignorabat humanam indolem ad voluptates propensi-
sum; has ipsas confertim promitterebat. Hinc illud longè
mirissimum quomodo tandem Apostoli Austeram
Evangelii disciplinam successu tam felici per Orbem
sparserint, cum ea sequiori natura prioris contraria
amorem paupertatis, corporis afflictionem, fugam
voluptatis, sui odium, inediā, vigilias, sui contemptum
debeat?

§. III.

Ressinus Aquilejenensis, Pelagius interpres, Pascha- ^{Ruffin. n. 61.}
Ressinus Diaconus ex æquo perquisitè rem scitu di- ^{apud Roff.}
gnam ita memorant. Macarius Abbas dum solitudinem ^{vix. p. 110.}
superiore solus habaret, inferior enim à plurimis ^{Pelag. li-}
frequentabatur, nocte appetente cacodæmonem hu- ^{bell. 18. n. 9.}
manæ specie, & ad luxum disiectâ ueste contra se gra- ^{pag. 637.}
dientem vidit. Hunc senex interrogans: Quòd veterator ^{n. 8. p. 665.}
tendis, inquit, & quid istæ tot ampullæ, quid tot sibi
volunt valculæ, tot pyxidulæ, quas lateri appensa geris?
Cui dæmon: Fratribus tuis, ait, fero matteolas & icita-
menta, sed cæ varietate, ut si primum naucent, mox
porrigam secundum terrimur; nec fieri potest, ut ex

ooo 2

canibus

* Ruffino
Theoporus
Pelago
Theotisius.

omnibus nullum placeat. Cum dicto abiit. At senex eodem loci permanxit, dum rediret stygius pharmacopol. Redeuntēm deituo allocutus: Et qui habent fratres, inquit, ut valent? Cui larvatus genius? Ut solent, ait, hi tales. Eorum enim unus mihi perquam familiaris est. Macario de nomine cito respondit: Theopistus *audit; pulcherrim è inter nos cōvenit. His auditis Macarius quād primū viam f̄gressus magnis palib⁹ ad illum ipsum, quem audierat nominari, contendit, non sine ceterorum admiratione. Nam obvii in suum quisque jugiolum hospitem tam charum invitabant. At ille ad Theopistum properans, & hunc deinde sōlis solum nactus: Fili mi, ajebat, quomodo valles? & quonodo stan̄es tuæ cum Deo? Cui promptè Theopistus: Bene mi pater, ait, quod tuis precibus adscripteris. Sed iterum senex: Non te impugnam cogitationes pravae? Erubuit miser fateri, quod esset erat, & ulcus aperire: ita cūnum illud ad omnia respondit: Hactenus bene. Sed peritisimus chirurgus ut latenti vomica moderetur, scipsum simulans agrum: Ecce, mi optime frater, inquit Macarius, tor ego jam annis eremum habito, ab omnibus honoror, tam grandis natum, nihilominus à meis ipse cogitationibus graviter infestor. Hoc sermone tam candido hominem cōtraxit, ut demum aget se fassus agrum: Pater crede mihi, ajebat, idem & ego patior, turbant & concutunt me graviter cogitationes meæ. Ita plura & plura sensim elicabant senex, dum ille omnem animi sui morbum fatigetur. Jamque ad alia delapsus abbas, & diversa interrogans: Quousque diei, ait, jejunas? Ad nonam, respondet. Cui spiritalis medicus: Deinceps ad serum vespere jejunato. Hoc primum. Alterum: Ex Evangelio vel scripturis factis assidue aliquid meditator nūquām non occupatus, hoc alterum. Tertium: quotiescunq; tibi occurrerit impugnatio, oculos animūm quo trole cælo, & Deum auxiliatorem voca. Aderit votatus, nihil ambigas. Ita Macarius in spām rediit solitudinem, cūque denuo vidisset cacodæmonem novas infidias molientem, quæfuit: quomodo res fratrū jam habent? Cui mestus respondit Satan: Malè, neque enim unquam in me agrestiores fuerunt. Et quod pejus: Ille ipse mihi anteā tam obssequens, nūne adveratur pñc alper & animosior ceteris. Mox Macarius in suam sc̄e casulam recipiens Deo Scrvatori gratas egit.

Ergo attende tibi: diabolus omnipium ventilat curas, discutit consuetudines, exanimat propensiones: scrutatur omnia; & ibi quārū cauſas nocendi, ubi aliquem videbit studiosius occupari. Tu ergo, ququis es, vide, quā tua te trahat indeo & natura, quā tui p̄sperent affl̄ctus, quā inclīne propensiones, quā tui tentant consuetudines; hac parte te mani quā debilior es, ut dux belli in urbe quam propagnat, copiosorem illic militem constituit, ubi naturā loci minus munitam cernit; ita nos diabolus illic invadit, ubi debiliores esse non nescit. Quæ nobis in viā virtutis sunt impedimenta, ea Satane sunt præsidia. Tentationes non sentire, est angelicum, ait Anselmus; tentationes sentire & vincere, Christianum; temptationibus consentire & ex malitia delinquer, diaboli est.

C A P V T VI.

Tentator nil potest sine licentia; & quomodo Deus nos tentet.

Iob cap. 4.
ver. 11.

Ex amicis Jobi Eliphaz Themanites dixit: Tigis periit, eo quod non haberet predam. Septuaginta interpretes ita vocem emutant. Perit Myrmicoleon, Leo formicarius, seu, formica leo. Olympiodorus hinc designati censet diabolum, qui illis quos vincit & subjugat, est leo; formica iis a quibus vincitur & triumphatur. De hac

bestiolā differens Gregorius: Myrmicoleon, inquit, parvum valde est animal, formicis adversum, quod si sub palvre mortu⁹ abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, interficit, & tāque consumit. Apofata angelus in terram de cali proiec̄tus, iugorum mentes, que bonorum sibi operam refactionem preparant, in ipso actione itinere obſider, cūque eis per insidias superat, quasi formicas frumenta gestantes improbus necat. Re-Diabolus ēt autem Myrmicoleon, id est, leo & formica dicuntur: formicis est leo & enim leo est, volatilibus formicis, quia nimis antiquis hostiis, formicas sunt contra consentientes fortis est, ita contra resistentes debilis. Si enim ejus suggestionibus assensus præbatur, quasi leo tolerari nequagiam potest, si autem resistitur, quasi formica atteritur. Alii ergo leo est, aliis formica: quia crudelitatem illius crudelites vix tolerant, spiritales vero infirmitatem illius pede virtutis calcant.

Deus Azotios clade grandi afficit, quod Regum famili memorat, ob Arcam irreverenter visam. Et ebulliunt villa & agri, in medio regionis illius, & nati sunt mures. Si dæmonum spectet crudelitas, sunt scorpiones, scinifmitas, mures, mures. Quod Rupertus clarè pronuntians: Quid crudeliter sunt illi, ait, qui ebullierunt, & terram demoliti sunt mures, nisi sunt facti maligni spiritus, iustis quidem contemptibiles ut mures, peccatores, & toribus autem terribiles ut leones. Quod Terrullianus de mures, scorpionibus, hoc de dæmonibus verè affirmari potest: Roper. I., Totenvenia, quot ingenia, tot perniciē, quot & species, tot dolos, cap. 14, res quot & colores, unius omnium violentia, gelus de caudâno-Terrull. a dæmones tam dulce in amarum, quā lucem in tenebras, cap. 15, supponunt. De scorpionum horum veneno, de tentandi artificio quo diaboli gentem humanam fallunt, diximus: Jam porro, quā ratione Deus nos tentet, dicendum,

S. I.

Tentat Deus, sed longè aliter quād diabolus, qui tentando cupit decipere, nocere, perdere; omnia ejus confilia & molimina ad perniciem, intectum, extitum nostrum spectant. Deus tentat, sed in nostrum commodum, promeritum, æternitatis premium. De noluntur divinis tentationibus differens Gregorius: Tribus modis, cōmodis inquit, nos Conditor noster interrogare consuevit, cūm aut flatigore, aut disficatione nos percūt, & quanta nobis infit, vel deſta p̄mora, tentia, ostendit: Aut quadam, que nolumus, præcipit, & noſtrum stram nobis obedientiam, vel inobedientiam patefacit, aut aliquæ nobis occulta aperit, & aliqua abscondit, & nobis manifestram humilitatis nostre innoscit. Tentare quippe Dei, est magis nos iugitionibus interrogare. Scire quoque ejus, est nostram obedientiam nosſe nos facere.

Hirudo admota aegro sugit sanguinem, ut se satiet, at medicus illam admiraverit, ut agrum saner. Chirurgus ferro candente urit agrum, non ut ledat, sed ut lesum meliori valetudini restituat. Ita & tortor ignis & forcipe Christianum martyrem carpit, sed ut cruciet, & a Christo averrat. Ita Deus & diabolus dissimilissime Dei & tentant, ille ad cælum per aspera vocat, iste ad Orcum, boli tentat, per amēna in uitā. Tentationes Deus admirabiliter promulgans Paulus: Fidelis Deus est, inquit, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis, sed facies etiam sum tentatione preventum. Tam ampli juris diabolus non est, ut quemcunq; sibi designat, invadere audeat: Nec in-Invadet, vadendi locus, tempus, modus in ejus potestate est; li-locutus, centia strictiore coercetur, nil nisi ad Dei præceptum posse, me-cessit agere. Id Gregorius assertens: Diabolus, inquit, li-tentat, ceter afflictionem justorum semper appetat; ramen si à Diaposte- statum non accepit, ad tentationis articulum non convalestet, Gregorius, unde omnia voluntas ejus injuria. Ex se eum tentare appetit, sed mortali, eos, qui tentandi sunt, & prout tentandi sunt, Deum iuste tentari permittit. Idem de quibuscumque aliis hostiis nostris, quos cernimus, dicendum. Hinc satanas Jobi constantiam tentaturus licentiam rogat: Extende paullulum Iob 1.1.1. manum